glorioso nos tuo dne pax eorum. qm michi c
buisti bona tua celestia. Magnifico gratiam tuam
te propter redemptor meus. Sed eam te magnifico. ipse mag
nificetur a te. Non cessabit lingua mea collaudare
bonitatem tuam. non cessabit cythara mea resonare
spiritalia cantica tua. Desiderium tuum attraxit
me post te tempore. glad° vite mee. gratia tua dulce-
dine tua pertrahit ad sequendum te. Corpus meum
efficiatur cor meum terra bona ad suscipiendum
semen tuum. recipit eum gratia tua. rore vite et
ne. Nec desiccet bonitas tua manipulum de agro
pectoris mei. per corruptionem et demonia. Rede-
mi animam meam et in eternum delectare paradisi. Tu enim
erranti in qsisti. et ductum tuis humeris importasti.
et hanc indignissimam animam meam de manibus tuis at-
traxisti. et offer benedicto. et dimorti patri tuo coram
cherubin. et seraphin. et coram angelis sanctis. de-
liciis paradisi perfruens cum angelis omnibus dicam
Gloria patri dimorti. gloria filio dimorti. gloria spi-
ritui sancto dimorti. in secula seculorum Amen.

Explicit liber quartus. Incipit septimus
de extremo iudicio et cadit. et penitentia lacrimarum

Venite dilectissimi fratres. exhortacionem
meam suscipite. et semper memoriter consilii
mei precordiis et imperii effrenem terro-
rem iudicii dies. illa magna et terribilis constat. et
nos timore clamoris inflamati. nolentes in hoc bre-
vi tempore intelligere. ac festinare deum nobis fieri propi-
cium. Dies enim mensis. et menses. et anni. tamquam sompnus
pertransierunt. et tamquam umbra corrupta. et velociter
formidabilis. et propelarum dies adventus advenit. Ve-
rum formidabilis erit dies illa. omnibus pecca-
toribus. qui voluntatem dei pro sua salute facere nolue-
runt. Obsecro vos fratres karissimi. venite. proiciamus
a nobis sollicitudinem omnem actuum terrenorum. Ne ob-
ligati simus nostris interemus negociis. quia omnia terrena
pertranseunt. omnia depereunt. omnia evanescunt. nichil quod
prodesse nobis poterit in illa die iudicii. nisi
confessio sancta. et bona opera que hinc detulerimus no-
biscum. Futurum est namque ut unusquisque nostrum
et actus suos. et cogitaciones coram tribunali tremendi iu-
dicis describat. Contremiscit cor meum. et renes mei
resolvuntur. quocienscumque cogito. quod inclusae sunt
cogitaciones. et sermones atque actus nostri in die iu-
dicii. Grandis enim tunc erit fratres dilectissimi et
grandis tremor amici mei. Renes enim ~~…~~

quis non timeat. aut quis est qui non contremiscat. et ra-
mescit. aut lugeat. quia omnia ibi manifestabuntur.
que hic in occulto et tenebris gesta sunt. Intelligite
hoc fratres mei quod vobis dico. et considerate exemplo
quod vobis ob veram intelligentiam profero. Arbores
fructifere. tempore suo. primo interius concipiunt fructum.
postea vero divino nutu exterius proferunt. fructum
secundum naturam. et fructum et folia. Sic in die illa tri-
bunalis homines. quando ab hoc seculo. quasi in tempore suo. occulte
conceperunt. sive bona. sive mala gesserunt. ibi
sicut fructus proprios. ante tribunal dei proferent. Tunc
iusti. bonos et iocundos proferent fructus. scilicet
fructus suavissimos. et omnibus generum floribus
exornatur. Martires vero suppliciorum et penarum
fructus pariter gloriosos. Monachi autem sancte conversacionis
sue. id est continencie. humilitatis. vigiliarum. oratio-
num. atque obediencie innumerabiles proferent fructus.
Peccatores vero impii atque prophani. proferent fructus
turpissimos. et execrandos. pluribus confusione. et op-
probrio. ululatu et luctu. Omnium quoque immortalium et
eternis incomprehensibilis erit gemitus. Tremendum
est o dilectissimi fratres ibi iudicium. in quo sit testi-
bus omnia manifesta sunt. Ibi assistunt milia milium.
et decies dena milia angelorum. cherubin et seraphin

ubi nostrorum chori circumstant. patriarcharum. prophetarum.
apostolorum. et martyrum. et omnium agmina sanctorum Videamus ergo
negligencius dilacionem faciamus. Iam enim tempus gaudii
dies appropinquat. in qua omnia occulta nostra. a luce
arguuntur. Ibi sciencius faciemus quod nos dampnat vel in-
vitabat. ne negligencius pigrescimus. obsecrantes deum delas-
sivi diebus ac noctibus sine cessacione. ut liberet nos
ab eterna confusione. et perhennibus tenebris. Obstupescet
enim omnis orbis peccatoribus ad tribunal glorie eius. ad me-
tu nimio. et tremore. et tremiscat omnis creatura.
et ipsa agmina sanctorum angelorum. expavescat in ad-
adventu eius. Videamus ergo tunc dicturi sumus. si in hoc
presenti tempore neglexerimus et sequenter comperimus. Ipse
enim nos parentibus comparat. et omnes nos ad suam eternam
vocitat. Racionem enim requiret a nobis pro hac ne-
gligencia nostra et dicet nobis Propter vos incarnatus
sum. propter vos flagellatus sum. Propter vos in turbis
palam conspuatus sum. propter vos conspuitus sum. propter
vos palmis in facie verberatus sum. propter vos crucifixus
sum. propter vos suspensus sum in ligno. felle cibatus sum.
et aceto potatus sum. ut vos sanctos et celestes efficere-
re Regnum meum donavi vobis. paradisum meum a-
perui vobis. omnes vos fratres vocavi. pro meo
vos optulii. spiritum sanctum misi vobis. Ampliora ho-
rum quam debui facere et non feci vobis? Talem ut

saluaremur. Grandi voluntate veram solidamus pro sa-
lute vestra quesiuimus. Non vos coegi. ne saluti vestre causa
necessitatis esset occasio. Dicite nos peccatores et passi-
bilibus atque mortalibus secundum naturam. quod passi estis. propter
nos creatorem verum. ut ergo pro vobis impassibilis
passus sum. Ecce itaque patens est infernus et vita.
requies et leticia celi sempiterna. Superata est mors.
pro lucis. et tenebre contrariorum. Elegat unusquisque
vel propriam voluntatem voluerit. et viam vitam dicat
Nos dilectissimi fratres. adoremus. et procidamus ei.
et ploremus coram domino qui fecit nos. dicentes ei Ro
O creator domine. hec omnia deus sustinuisti pro
nobis. nos autem peccatores semper te exacerbauimus.
et beneficiis tuis sumus ingrati. Tu deus summe diuine.
nature incomprehensibilis. misericors et pius. complacuisti
gratia tua. per passionem crucis peccatores saluos
facere. qui te non nouerunt. donans eis per indulgentiam
delictorum. coram lumine faciei tue. Quid ergo retribuet
genus humanum tibi incomprehensibili et benignissimo deo?
Nos cum impii essemus. non secundum naturam. sed propriam
voluntatem. Tu quasi pius atque amator hominum saluasti
nos. Sed etiam per negligentiam nostram atque desidiam
in peccatis cadimus. tu autem domine semper idem ipse es. et
misericors et miserator. terribilis et gloriosus conditor
seculorum. patienter ab aliis sustinens prauitatem

nostram. donans nobis tempus penitentie. et innumerabilium peccatorum.
propter ineffabiles misericordias tuas. quas ostendisti
nobis filiis hominum. Victus es domine deus meus. a cari-
tate tua. et a suis misericordiis tuis. ut per mortem tuam. to-
tum mundum salvares. Nisi enim victus fuisses a
caritate misericordie Christe. temetipsum hostiam vivam
et immaculatam. nunquam pro peccatoribus obtulisses.
Hoc autem gratia tua doctus sum dulciter domine. que reple-
ta est mens famuli tui. multitudine caritatis tue
Dulcedo enim tua nutrit oblectat et confirmat me.
et semper reparabor. atque ad amaritudinem meipsum
perduco volens dulcedine tua magis perfrui. Ihesu
unigeniti splendor eterni patris. lumen habitans in-
accessibile. lumen incomprehensibile. quod illuminasti per gra-
tiam tuam universum mundum. illumina quicquid in me est
oculus tenebrosum [mea]. revelatus est enim et cecus. Illumina
eum semper gratia tua. misericordiis tuis. ne crassante
dyabolo penitus obscuretur. Assimilata est enim
mens mea confirmissima. domine ligno quod plantatum
est. quod semper indiget firmitate et illuminatione
gratie tue. Verbum tuum aperuit oculos ceci ex utero
nati. missusque ad syloam. statimque post institutionem
oculorum carnalium. spiritales oculi eius et interiores illumina-
ti sunt ut te sciret salvatorem et medicum. Sic aliquo

mitti. dicimus et dei filium et predicamus et credimus. Illumina
eciam nostros interiores oculos ductor dulcis. ut te inspicere
diligamus. et tibi confiteamur. et quo tedio magis quamvis ne-
cessitate. ob voluntatis tuas perfectione valeamus. Illa
si procul est a nobis syloa ad quam missus est cecus.
sed propiores calicis sanguinis tui plenus vita et luce.
nobis in proximo est. tanto propinquior. quanto quam cons-
secratus fuit purior. Hoc ergo nobis presta misericors
christe. ut plenius gratia et illuminatione sacre tue. cum si-
de et confessione. accedamus ad calicem tuum. ut pro-
ficiat nobis ad remissionem peccatorum. non ad confusionem
in die iudicii. Prima quando mysteriis tuis in de-
us accesserit. sua animam ipse condempnat. non si sa-
[illegible]. ut celesti igitur atque immortali sponso. in suo
pectoris purissimo suscipiat thalamo. Nam
anima mea sponsa est immortalis sponsi. Copule autem
in pace. celestia sacramenta sunt. Prima cum man-
ducamus corpus eius. et sanguinem bibimus. ipse in
nobis est. et nos in eo sumus. Attende ergo tibimetipsi
frater. festina thalamum cordis tui mundare et vir-
tutibus exornare. ut mansionem cum benedicto patre
suo faciat apud te. Et tunc coram angelis et archan-
gelis erit tibi laus et gloria. et exultatio. et cum
magna exultatione et gaudio. ingredieris in pa-

radiso. Quod cum feceris salutem tuam o homo deus
querit a te. Si autem neglexeris et salutem fieri no-
lueris. vitae ianuam dei intrabis non ambulaveris. nec
mandata eius custodieris. tenebrarum inferioribus. et
a celesti thalamo tu te expellis. Deus quia solus
sanctus est. propter te filio proprio non pepercit. et tu de-
lexo tui non misereris. Expergiscere itaque a sompno. tu
paradisi o miserabilis. aperi ostium. obsecra eum.
per abs te omnia peccata. ora frequenter. sine cessa-
tione lacrimas funde. mollire ante faciem. negligen-
ciam operare. maliciam noli amare. ama vero man-
suetudinem. dilige continenciam. meditare psalmodiam.
festina orare. donec datum est tibi tempus. dilige
deum ex tota anima tua. sicut ille dilexit te. Esto
templum dei et deus excelsus habitabit in te. Anima cum
deum habet in se. templum est dei sanctum et preciosissimum. di-
vina misteria celebrantur in ea. angeli et archangeli
letantur ei. et frequenter eam visitare festinant. Ha-
bitaturi deo in anima. angeli festinant honorare eam.
utpote dei templum effectam. Beatus vir qui deum ex toto
corde dilexerit. et mundam ipsam et animam quam deo sit tota
virtutum odore. ut te solum sanctum possideat. preciosam
margaritam. et vere sine thesauro. Si quis itaque
sponte diligit deum huius gratia non est contrariis. Si

sursum est semper. et auidius eam desiderat. Unde et dul-
cedinem sentit. leuiter arripit. et caritate dei perfruitur.
Vera enim dulcedo dei. gracia et dulcedine plena
est. et beatus qui gustauit eam. non est saciatus ab
ea. Quam dulcedinem caritatis quis putabis est. — De caritate
qui digne possit exponere? Paulus apostolus qui gusta-
uit. et per eam impletus est. clamat dicens. Neque alti-
tudo neque profundum. nec ipsa uita. neque mors neque
futura. neque angeli. neque principatus. neque potestates.
neque creatura alia poterit nos separare a caritate
dei que est in christo ihesu domino nostro. Igitur tam amora-
bilis est caritas dei. semper quod eam operatur in anima que dilexe-
rit eam. Mundatque. sed gratiam et uirtutem. Semperque
eam eleuat. a terris ad celum. ut omnia que terrena sunt odio
habeat. et solum deum uite sue auctorem contempletur
et diligat. Sed et numerum sanctorum aut ad exemplum
suum nos doceat. quia ipse de ipsa caritate nichil
omnino sicut apostoli gustauerunt. Mollis uidetur
est caritas dei. et gladius utraque parte acutus.
non potest eum diuidere. Semper enim tyrannus martyrum
membra secabat. et caritatem dei que in illis includa-
bat. secare non poterat. O mollissimam caritatem
dei uidetur. stupore et miraculo plenum. que non
secari potuit. nec solui. Bis acutus gladius

non secuerunt. flagrans ignis non soluit. membra
secabantur. caritas non secabatur. comburebantur vis-
cera. et medulla caritatis non soluebatur. Deiungeban-
tur etiam compacta sanctorum corpora. et caritas dei
non potuit aliquatenus mergi. Nulla persecutas non admovet
de hoc medullo caritatem. Quandoque ergo dominum puro
et sincero corde dilexerit. talem caritatem habere probatur.
Hanc autem caritatem dedit deus ecclesie. ut opera sua
componet et polleat. Hec caritas. preceptum dei
omnibus mandatis preestat. Hec caritas. columpne fir-
mamentum est. deligentibus deum. Hec caritas uni-
genitum dei filium ad nos de celis attraxit. Per
hanc caritatem. deus homo factus est. Per hanc caritatem.
incorporeus incarnatus est. Per hanc caritatem.
invisibilis visibilis apparuit. Per hanc caritatem
paradisus reseratus est. Per hanc caritatem una
sponsa Christo effecta est. et per eam inpassibilis passus
est. Bene hanc caritatem si fuerit una. non placebit
cum ea deo. nec delectabitur super eam. Nulla potestas
digne potest vel sufficit glorificare et collaudare
dominum salvatorem. qui nobis talem graciam tribuit. propter
ineffabilem bonitatem. gloriam et honorem benignitatis
eius. ¶ Karissimi fratres audite bonum consilium pu-

Nota bene

fillamentatis mee. Festinemus semper donec tempus
habemus. quatenus caste et sobrie degentes deo. ut spiritus
sanctus habitet in nobis. et caritas Christi impleat nobis.
et voluntas eius per omnia perficiatur a nobis. Non habeamus
aliam sollicitudinem. dilectissimi fratres. nisi hanc solam
modo. qualiter anima nostra inveniatur in illo tunc ab omnibus
sordibus. Non alligemus nos curis terrenis nec negociis. nec sollicitudinibus possessionum et pecuniarum.
sed operemur orationibus et ieiuniis. et vigiliis et
lacrimis. ut evadat quatenus laqueos et gehennam. in illa
hora terribili et tremenda. quando omnes ante deum tremere et
tremendo assistent. quando electi a peccatoribus separantur. quando
statuuntur oves a dextris. et hedi a sinistris. Cre-
dite mihi fratres mei. quod tremendus est adventus domini.
quando reddet unicuique secundum opera eius. scilicet iustis gaudium et claritatem
sanctis. ignem et tenebras. peccatoribus vero. et qui male opera-
ti fuerunt. supplicia et tormenta. Beatus homo
qui invenerit fiduciam in hora illa. et qui audierit
beatam illam vocem. Venite benedicti patris mei. per-
cipite regnum quod vobis paratum est ab origine mun-
di. Tunc iusti in luce videbunt illam admirabi-
lem gloriam. et intra semetipsos singuli obstupescent
et dicent. Putas ego sum? Et quo huius glorie.

Dignus dicitur sed: Angeli eciam [?] dicentes. ad
gaudio magno ad sanctos. enarrant omnibus [?]
corporis immaculatam. continenciam. vigilias. oraciones.
voluntariam paupertatem. de frugalitate propter Christum pa
ciencia sitibus. tolleranciam famibus. oracionibus instanciam.
et omnia que unquam propter Christi caritatem propter Christum. [?]
pertulerunt. Hec autem omnia sanctis angelis cum congratu
lacione dicentibus. respondebunt omnes iusti dicentes.
3 Nimis constituti in terris ut corona dei propter correctionis
[illegible]. ut ullo opus bonum a nobis gestum. Isti
vero angeli commorari faciunt eos locum et tempus.
et [?] eorum humilitatem. glorificat deus. vi
detis in celis corpora sanctorum super lumen fulgencia. Ecce
in terris voluntarie afflicti sunt. et [?] suam imma
culata veste et margarita preciosissima possiderent
Invenerunt in agro thesaurum absconditum. et
vendentes omnia que sunt super terram. illum solum [?]
sunt. Modicus labor est institucionibus nostre fratres
delicatissimus. et magnum est in quibus. [?] tempus est afflic
tio continencie. et in terminis eius. id est delicie paradisi
et consolacionis et leticia. in seculis seculorum permanent. [?]
cunque sibi consequi est quod peccaverit deo per negligen
ciam suam. et voluntate peccavit. donec tempus est
cum affectu lacrimas fundat. et magis deffleat. ut
per lacrimarum dulcedinem. et remissionem peccatorum et

Letitia cordis inveniat. possideat et compunctionem
cordis. lavet per singulas noctes lectum corporis
sui. Putasne habetis compunctionem lacrimarum dul-
cissimi fratres? Putasne illuminatus est aliquis verum ab
illa gratia compunctionis qui super deum est? Credite michi fratres.
nichil est in terra dulcius super gratiam lacrimarum. Si quis
in oratione contemplatus est deum. semper illum desiderans. lacri-
marum dulcedine saciatus est. homo elevatus est
a terris totus. et contra corpus in celo est. Et quid dico?
Contra corpus totus celestis est. Et non invenitur quid faciat
eius in terra. Numquam ad deum loquitur in corpore illuminatur
a sancto spiritu sanctificatur. Grande miraculum. ut homo
in terra et omnibus in sua purissima oratione cum deo fabuletur.
Beatus homo qui habet compunctionem inquantum super deum. Com-
punctio fratres sanitas anime est. et illuminatio mentis est. Com-
punctio fratres remissionem delictorum nobis conquirit. Com-
punctio fratres christum unigenitum facit habitare in nobis
cum eum desideramus et querimus. Volo vobis fratres enar-
rare potentiam lacrimarum. Anna per lacrimas a deo Sa-
muel prophetam accepit. ad sublimitatem et glori-
am anime sue. Mulieris cuius peccatis delicta in do-
mo Symonis a deo dimissa sunt. que lacrimis pedes
eius rigabat et crine tergebat. Grandis virtus
est compunctio lacrimarum. multo quam prevalent lacrime

De potentia lacrimarum

fem dei. Sedulo eciam dei semper acquirit lacrime. sed
dedas cogitaciones conpellit. ne comprimat eas quas
mittit anime compunctionis cordis habenti. Sanctus
beatus fit ergo at sublimius ad ipsum dei anima
in oracione semper contemplatur. Illa non eam desideriat cuius
semper sensiat. faciem impetrat. et ipsum meditatur
die ac nocte. Thesaurus indeficiens est compunctio
cordis. gaudium ineffabile. Exultat anima que habet
compunctionem cordis. Compunctionem vero dico. non unius
diei. sed diebus et noctibus perdurante anime. tanquam fons
exuberat et habundat. Fons enim purissimus est
compunctio cordis. irrigans semper plantaria
fructifera anime. Plantaria autem fructifera que dico
virtutes est anime. et gratia penitentibus. Ecce opera bona
que assidue lacrimis et oracionibus irrigatur. et fructum
suo afferunt bonum et utile anime. Semper ergo
sunt plantaciones tue irrigentur a te per benedictionem
gratie dei. Sed non fuit fructum. crescit cottidie
et fructum dabit in tempore suo. Ille ergo imi
tator meus quis consistat precoribus et desidiosis.
sed diversis et nunquam faciens. mollicia enim plenus
sunt. et negligencia corrumpitur. non habens cordis
compunctionem. ne perdissimas oraciones cognoscit autem me

metipm super peccore. super timente futuri iudicium. nulla compassione [?] propter suam negligenciam habente. Obsecro ergo vos fratres karissimi. qui dominum timetis. et si qui sunt illi plantata fructibus. ut oretis pro me egeno et pusillo. ut veniat super me celestis gracia. et salutare eius ad me. ut inveniam misericordiam coram deo illa terribili quando veniet dominus in die reddere unicuique secundum opera eius. Gloria misericordi deo nostro et immortali. qui ob nimiam aperuit per magnam graciam. ad meditandum verba iudicii eius et delectacionibus atque compunctionibus. que sunt edificacio anime. firmamentum cordibus. mentibus illuminacio. ut omnibus animis que hec meditatur trahatur ad vitam eternam. Amen.

Explicit scriptus liber et volumen beati Effrem dyaconi atque abbatis. de extremo Judicio. et caritate. et potencia lacrimarum. Deo et sit laus. in eternum. ~~spes atque~~ dulcedo. ~~atque~~ spes. atque vita mea. Jhesus domine crucifixe.

Per me fratrem Johannem beckern Bubach anno incarnacionis domini anno cccc lxxvij completo domini feria quarta quatuor temporum ante natale